

*non proficiet omnibus*, id est, nulli proficiet (1).  
**VERS. 12.** — *UTER*, laguncula. Indicat eos replendos esse ebrietate spirituali, id est, omni cœcitate. *Sciendi non scimus* (2), id est, annon certò scimus.

eliquant, q. d.: Lumbare sordidum non elues lixivio, ut significes sordes et peccata populi penitentia non esse eluta et expiata. Optimè S. Hier. explicat: *In aquam non infere*, id est recens textum aqua non macerabis, ut illud eâ ratione candefacias et polias; sed ipsum rude, asperum et fuscum, ut natum et textum est, relinquant, ut significes populum Judæicum recens natum, tunc à Deo assumptum esse in Ecclesiam, cum rudis esset et impolitus, doctus et exercitatus magis in luto et lateribus Egypti efformandis, quam in cultu Dei, prohibito moribus. (Corn. à Lap.)

**EMIGRA** succinatorum. Quidam putant hoc non fuisse rem gestam: et hujus opinionis fuit R. Moses, F. Maimon, qui dicit prophetam in spiritu hœc vidisse que hic se fecisse scribit. Pro succinatorio alii legunt *balteum lumbarem*. (Munsterus.)

Totum hoc quod se fecisse narrat propheta, quidam existimant, non corporaliter factum fuisse, sed in spiritu. Ratio interpretationis hujus esse videtur, quod difficillimè potuisset Jeronimus semel, atque iterum excurrere usque ad Euphratem, longè ab Hierosolymis distans. At cur non potuit, cum hoc non legitur factum tempore obsidionis? Nec videtur dicendum Jeremiam corporaliter raptum fuisse per aera ad Euphratem usque, ut hæc faceret, licet sic raptus sit Habacuc usque ad lacum loannum ubi erat Daniel, quia hic dicitur: *Surgens vade ad Euphratem*, et ipse abisse se scribit, quod gressum pedum propriè significat. (Estius.)

**ET VADE AD EUPHRATEM**, fluvium Chaldaee; quò ducenti erant Judæi, Ps. 137, 4. Factum hoc voluit vel 1<sup>o</sup> revera et à parvo rei. Sed magis absurdum fore potest: Scimus Jeremiam quotidie functum fuisse deprecando officio apud suos: si successisset tam longa profectio, et quidem his non discessisset, nisi post aliquot menses. At cur non potuit eò excurrere? Potuit Jeronimus et accipere et implere hoc mandatum ante obsidionem Hieros. per Chaldaeos, non obsidionis tempore, ut vult Hieronymus. Vel, 2<sup>o</sup> in spiritu. Indubie hic narratur visio, non res gesta; ut propheta sæpè visiones pro rebus gestis narrat. **ASCENDE ILLUM IN**, etc. Loquitur de petrâ quâdam insigni et notâ. In locis remotis ac sterilibus, qualia fore illa in que ducenti Judæi. (Synopsis.)

(1) SIC PUTESCERE FACIAM SUPERBIAM JUDÆ. Antam avchi tunc Euphratem jubeo, eumque Babylone condam, veluti in rupis alveo, ex quo nullus sit egrediendi locus: si ibi putrescat, atque inter gentes depravabitur, templo carens, sacrificiis, sacerdote, cultu exteriori; dii ibi futurus est; nullique aptus usui erit, ubi illum visitaverò. Ita *superbiam Juda* deiciam, ut suis in posterum viribus non credere dicat, sibi que blandiri desinat fore, ut inanes cadant minæ, quibus ipsum terrui, meamque gentem patrio è solo nunquam avellam, eamque in Ethioeorum potestatem tradam. Jude audaciam frangam, factamque, nihil se esse, nisi quod misericordie mee beneficio est, exprobrat.

(2) OMNIS LAGUNCULA IMPLEBITUR VINO. Langunculam vocat caput uniuscujusque Judæi, quod laguncæ similitudinem præ se fert. Vinum autem appellat cœcitate mentis, et inopiam consilii in rebus adversis. Significat ergo, fore ut cum Chaldaei venerint, tanto omnes terrore corripiantur, ut quasi ebrii hœc illic divagentur, et alii ab aliis discedant. Simile quiddam Isaias de Egyptis scribit, c. 49, 14: *Domini miscuit in medio ejus spiritum vertiginis, et errare fecerunt Egyptum, sicut errat obriva et vomens*. Et de Jerusalem, c. 4, 21: *Idcirco audivi hoc pauperes illa, et ebria, non à vino. Numquid ignoramus, an sciendo non scimus*, id est, an non certò scimus omnem la-

**VERS. 15.** — *ET, pro, id est. EBRIETATE*. Per ebrietatem intellige cœcitate animi, que reddit animum ad omnes probas actiones ineptum. Aut ebrietatem intellige tribulationem et afflictionem: quorum copiam et vi, acies animi hebetat et obtunditur.

**VERS. 14.** — *UT NON DESTRUAM EOS*, ad verbum à *perdendo eos*, id est, quominus eis perdam.

**VERS. 15.** — *ASCULTATE, etc.* (q. d., auscultate sine arrogantia. Verba sunt Jeremie, et sequentia.)

**VERS. 16.** — *GLORIAM*, respiciendo scilicet, et motibus ejus obtemperando. **CONTENERESCERE FACIAT**, sub. *solen*, id est, priusquam adveniat tribulatio. (Vid. Ps. 18, 29.) **CALIGINOSUS** vel, *noctis*, id est, quæ præ caligine conspicui vobis non erunt. Hyperbolè inaximarum tenebrarum, hoc est gravissimarum calamitatum. **UMBRAM MORIS** (1). (Vid. Job. 5, 6.)

**VERS. 17.** — *DESCENDERE FACIAT*, ad verbum, *descendat oculus meus lacrymam*. Videlitur oculum meum

gunculam implendam esse vino. Interpretatur verba prophete sine ullo propheticæ sensu, quasi de laguncis capreis, ac non de illis potius loqueretur: irridente quæ prophetam tanquam nihil novi dicentem: propterea explicat versu sequenti, que sint laguncæ, quod vinum. (Maldonatus.)

(1) DATE DOMINO DEO VESTRO GLORIAM, ANTEQUAM OBTENERESCAT, ET ANTEQUAM OFFENDANT PEDES VESTRI AD PEDES CALIGINOSAS. His verbis hortatur Jeremias populum ad penitentiam. Scilicet gloria Dei est humiliatio nostra, penitentia et confessio peccatorum. Unde peccatoribus aliquoties dicitur legimus: *Da gloriam Deo*. Sic Josue ad Acham. Josue 7, quando abstulerat de anathemate Jerico: *Da gloriam Deo*, et Apoc. 16, v. 9, dicitur: *Non egerunt penitentiam, ut darent gloriam Deo*. Quod autem hic additur, (*antequam obtenebrescat*) comminatio est grandis afflictionis, nisi penitentiam agant. Hieron. per montes caliginosos intelligit Babylonem, de qua Isaias 15: *Super montem caliginosum levate signum*. Alii generaliter accipiunt, per montes caliginosos figuratè significari maximas tenebras, id est, gravissimas calamitates. *Mysticè* autem hoc dicitur omnibus peccatoribus; nempe, ut dent gloriam Deo, priusquam adveniat tempus tenebrarum, in quibus operari non licebit, et penitentia erit inutilis, sicut illorum imperiorum de quibus Sapient. 5. Unde et Dominus in Evangelio dicit: *Operamini dum dies est, venit nox quando nullus operari potest*; Joan. 9. (Estius.)

**DATE DOMINO GLORIAM**, vel honorem, agnoscendo culpam, ut Jos. 7, 19, 20; humiliando vos sub manu ejus, Jac. 4, 7, 10, agnoscendo potestatem Dei, et vos subjiciendo verbo ejus; obediendo mandatis ejus; vestram infirmitatem et iniquitatem, Dei verò potentiam et bonitatem, agnoscendo et prædicando; vestra peccata detestando, et ita vivendo ut Deo sitis in laudem et gloriam. Gloria scilicet Dei est humiliatio nostra, penitentia et confessio peccatorum. An, vel in montibus, *crepusculi*, sub. *noctis*, quod caput sæpè pro tota nocte, id est, obrutas tenebris in crepusculo. Vel, *caliginosus*, id est, cæcus, et nebulis obvolutus. Tam altos et præruptos, ut aciem oculorum caligare faciant: per quos fugitivi oberantibus, et pedibus, ut fit in tenebris, ad lapides frequenter offenditis, et præ inopiam consilii, quasi tenebris, ubique impingitis. Verò, quasi in montibus obscuris. Non summitates montium hic intelligit, sed angustias, ubi certus et magis tenebre scilicet quam in locis planis. Vel potius veritas, ad montes, etc., q. d.: Tam densa erit caligo ut montes sibi oppositos non cernatis: ut sæpè viator prius pedibus aut manibus quam oculis, obstaculum sentit. Fugam nocturnam per montes arvis hic indicat, ubi

converti in lacrymas præ multitudine lacrymarum. **CAPTUS EST** (1), (captivus abductus.)

**VERS. 18.** — *REGI ET REGINÆ*; id est, ipsi Joachin et matri ejus, (Vid. 2 Reg. 24, 13.) **HUMILIATE VOS**, vel, *demittite solum vestrum*. **SEDETE**, sub. *humilitis*. (Vid. Isai. 52, 2, et 47, 4.) **DE CAPITIBUS VESTRIS**. Ad verbum *capitibus vestra*, à singulari *capite*; et figuratè *principalitates vestra*, id est, principatus vester. (Chald. paraphr., *gloria vestra*.)

**VERS. 19.** — *CIVITATES, etc.* Civitates austri. Intelligit civitates Juda: quòd terra sancta sita sit ad meridiem respectu Babylonis. **SUNT, vel, erunt. TRANSLATA EST OMNINO**. Ad verbum, *emigrare facta est in perfectionibus*, id est, perfectè, omninò, q. d., cum universis. (Vid. Ps. 114, 2.)

**VERS. 20.** — *LEVATE, etc.* Explicat versum præcedentem, præstatque in metaphora pastoris. Nam populi subditi regibus, dicuntur *greges*, quàm reges dicuntur *pastores*. Principio autem versiculi alioquitur Judæos omnes: deinde mutat numerum et genus, et alioquitur synagogam sive congregationem. **TUI**, sub. *ò Judæa*. **GLORIÆ TUE**; id est, quo gloriaberis, sive que tibi erat decore.

**VERS. 21.** — *VISITAVIT TE?* sub. *Dominus*, vel, *hostis*. **ASSUEFECISTI EOS**, etc. Quidam hoc de rege Achaz, qui petiit auxilium à Chaldeis, intelligunt. Rectius de Ezechia intelligitur, qui ostentatis suis tenebris docuit Chaldaeos rationem et viam quâ populo Israelitico duces essent et principes.

**VERS. 22.** — *PROPTER MULTITUDINEM*, sub. *respondit alapis*. **FIBRILLE TUE**, id est, vestis tua, hoc est, pudenda tua nudata sunt. **PLANTÆ TUE**. Pars pro toto, id est, revelata sunt pudenda tua. Repetitio est. Per revelationem pudendorum, extremam igno-

rescipientiam periculosa est. Vel, in montibus cœcioribus intemptata nocet. Alii montes hic metaphoricè ponuntur pro Egypto, quò Judæi in arumnis confingere solebant: sicut enim in montibus tiores recessus quàm in planitie. Alii: ad montes Medie nebulosus quàm, ad montes super quos captivi ducebantur in Chaldezam, etc., vel, ad quos confugiis per fugi causâ, ut Psal. 11, 1, Matth. 24, 16. **EXPECTABITIS LUCEM**, id est, pacem et prosperitatem et ponet, sub *Deus*, eam in umbram mortis, sive lethalem, id est, quo tempore Deus vos frustra meliora expectantes adversis magis magicis involvet. (Synopsis.)

(1) FLEBO EGO IN OCCULTO ISTAM SUPERBIAM. Dabitur superbiæ pœnas: id quod mihi Jeremie dolebit. (Castalio.)

#### CAPUT XIV.

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam mermonibus sciticis.

2. Luxit Judæa, et porte ejus corruerunt, et obscuratae sunt in terrâ, et clamor Jerusalem ascendit.

3. Majores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua: confusi sunt et afflicti, et operuerunt capita sua.

4. Propter terræ vastitatem, qua non venit pluvia in terram, confusi sunt agricole, operuerunt capita sua.

miniam significat; nam majore ignominia affligi non potest pudica matrona, q. d., ob scelera tua maximam captivitatibus ignominiam sustinisti.

**VERS. 25.** — *VERTET*, (mutabit.) **ÆTHIOPS**. (Sic dicitur, ab *adusta vel cremata facie*, quòd solis vicinitate torrentur Æthiopes. Hinc *Æthiopen lavas*, *Æthiopen dealbas*, *Æthiops non abscet*, paremiam sunt, in frustra conantes. *Fabri Lexicon*.) **ETIAM VOS**, vel, *nam etiam vos* (1).

**VERS. 24.** — *TRANSEUNTEM, etc.*, id est, que vento rapitur. (Vid. Ps. 1, 4.)

**VERS. 25.** — *MENTIS TUE*, ad verbum *mensurarum tuarum*, id est, hereditatis tue quam à me accipies, hoc est, consequeris hæc à me, et tibi evenient. (Vid. Ps. 74, 2.)

**VERS. 26.** — *ET ETIAM EGO NUDAVI*. Unde et ego deambulabo oras vestis tue, id est, nudando rejiciam super faciem tuam vestes tuas, et apparebit, sive conspicietur ab omnibus ignominia tua.

**VERS. 27.** — *ET EXULTATIONES TUE*, ad verbum, et *hinnitus tui*. (Vid. supra 5, 8.) **Fœditas**, scelus. Pluribus verbis figuratè notat idolatriam illorum. **IN AGRO**, id est, in ipsâ terrâ sanctâ. **NON MUNDABERIS**, vel, *non mundaberis*; aut *post quando adiuve*, vel *rursus*? sub. *mundaberis*. Gallicè, *après quel temps*; id est, non dabis operam ut munda sis: aut si facias, quando tandem id erit? q. d., non prius id fiet quam abducta fueris in captivitatem.

(1) SI MUTARE POTEST ÆTHIOPS PELLE SUAM; AUT PARDUS VARIETATES SUAS. ET VOS POTERITIS BENE FACERE, CUM BUDICERITIS MALUM. *Quæret aliquis*: An ergo impossibile est, cum qui pravè consuetudine esse imbutus, deflectere posse et venire ad virtutis studium? *Respondio*, non meis, sed Christi verbis in Evangelio Matth. 19, ubi similiter ipse sententiam protulit dicens: *Facilius est camelum transire per foramen acis, quàm divitem intrare in regnum celorum*, quâ eadem phrasi etiam utuntur Marcus et Lucas: Verum cum hoc audit, mirati essent discipuli dicentes: *Quis ergo potest salvus esse?* Respondit Christus: *Apud homines hoc impossibile est; apud Deum autem omnia possibilia sunt*. Sic et hic respondeo; apud homines fieri non potest ut bene vivat qui longâ consuetudine didicit malum; sed apud Deum omnia similiter esse possibilia, cujus singulari deum adjutorio etiam prava et inveterata consuetudo peccandi commutari poterit in sanctam vitam conversationem. Interim satis ostendit hæc sententia quam sit periculosum, frequenter peccandi venire in peccati consuetudinem. (Estius.)

#### CHAPITRE XIV.

1. Parole du Seigneur à Jérémie touchant la sécheresse.

2. La Judée est dans les larmes; les portes de Jérusalem sont tombées par terre, sont couvertes de ténèbres; et le cri de la ville est monté au ciel.

3. Les plus grands ont envoyé à la fontaine ceux qui étaient au-dessus d'eux; ils y sont venus pour puiser de l'eau: et ils n'y en ont point trouvé; ils ont remporté leurs vases vides; ils ont été tout confus et affligés, et ils ont couvert leur tête.

4. Les labourers sont dans la consternation, à cause de la stérilité de la terre et parce qu'il n'y a point de pluie; ils se couvrent les têtes.

5. Nam et cervæ in agro peperit et reliquit, quia non erat herba.

6. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

7. Si iniquitates nostræ responderent nobis : Domine, fac propter nomen tuum : quoniam multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus.

8. Expectatio Israel, salvator ejus in tempore tribulationis : quare quasi colonus futurus es in terrâ, et quasi viator declinans ad manendum ?

9. Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest salvare ? tu autem in nobis es, Domine, et nomen tuum invocatum est super nos : ne derelinquas nos.

10. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, et non quiescit, et Dominus non placuit : Nunc recordabitur iniquitatum eorum, et visitabit peccata eorum.

11. Et dixit Dominus ad me : Noli orare pro populo isto in bonum.

12. Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum : et si obtulerint holocausta, et victimas, non suscipiam ea : quoniam gladio, et fame, et peste consumam eos.

13. Et dixi : A, a, Domine Deus : prophetae dicunt eis : Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto.

14. Et dixit Dominus ad me : Falsò prophetae vaticinantur in nomine meo : non misi eos, et non precepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem, et divinationem, et fraudulentiam, et seductionem cordis sui prophetant vobis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi dicentes : Gladius et fames non erit in terrâ hæc : In gladio et fame consumerunt prophetae illi.

16. Et populi quibus prophetant, erunt projecti in visis Jerusalem præ fame et gladio, et non erit qui sepeliat eos, ipsi et uxores eorum, filii et filie eorum : et effundam super eos malum suum.

17. Et dices ad eos verbum istud : Deducant oculi mei lacrymam per noctem et diem, et non taceant : quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer.

18. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio : et si introiero in civitatem, ecce attenuati fame : propheta quoque et sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.

19. Numquid projiciens abjecisti Judam ! aut Sion abominata est anima tua ? quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas ? expectavimus pacem, et non est bonum : et tempus curacionis, et ecce turbatio.

20. Cognovimus, Domine, impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccavimus tibi.

21. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solii gloriae

5. La biche s'est déchargée de son foin dans la campagne, et elle l'a abandonné, parce qu'elle ne trouve point d'herbe.

6. Les ânes sauvages montent sur les rochers ; ils attirent l'air, comme les dragons ; leurs yeux sont tout languissants, parce qu'il n'y a point d'herbe.

7. Si nos iniquités rendent témoignage contre nous, faites-nous grâce néanmoins, Seigneur, à cause de votre nom. Car nos révoltes sont grandes, et nous avons péché contre vous.

8. O comme attende d'Israël, et son sauveur au temps de l'affliction, voudriez-vous être dans votre terre comme un étranger, ou comme un voyageur qui se détourne de son chemin, pour n'y demeurer que peu de temps ?

9. Pourquoi serez-vous à notre égard comme un homme errant, ou comme un homme fort, mais qui ne peut pas sauver ceux qu'il veut ? pour vous, Seigneur, vous êtes dans nous ; nous portons votre nom ; ne nous abandonnez point.

10. Voici ce que dit le Seigneur à ce peuple qui aime à remuer ses pieds, qui ne demeure point en repos, et qui n'est point agréable au Seigneur : Le Seigneur rappellera ses iniquités dans son souvenir, et il visitera ses péchés.

11. Le Seigneur me dit encore : Ne me priez point de faire grâce à ce peuple.

12. Lorsqu'ils jeûneront, je n'écouterai point leurs prières ; et quoiqu'ils m'offrent des holocaustes et des sacrifices, je ne les recevrai point, parce que je veux les exterminer par l'épée par la fame et par la peste.

13. Alors je dis : Ah ! ah ! Seigneur Dieu : les prophètes leur disent : Vous ne verrez point l'épée ; et la fame ne sera point parmi vous ; mais le Seigneur vous donnera en ce lieu une véritable paix.

14. Le Seigneur me répondit : Ces prophètes prophétisent fausement en mon nom ; je ne les ai point envoyés, et je ne leur ai point ordonné de dire ce qu'ils disent, et je ne leur ai point parlé. Les prophètes qu'ils vous délient sont des visions pleines de mensonges ; ils parlent en devinant ; ils publient les illusions trompeuses et les séductions de leur cœur.

15. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur touchant les prophètes qui prophétisent en mon nom, quoique je ne les aie point envoyés, en disant : L'épée et la fame n'affligeront point cette terre : Ces prophètes périront eux-mêmes par l'épée et par la fame.

16. Les corps morts de ceux auxquels ils prophétisent seront jetés dans les rues de Jérusalem, après avoir été consumés par la fame et par l'épée, et il n'y aura personne pour les ensevelir. Ils y seront jetés, eux et leurs femmes, leurs fils et leurs filles ; et je ferai tomber sur eux les maux qu'ils ont faits.

17. Et vous leur direz cette parole : Que mes yeux versent nuit et jour des ruisseaux de larmes, et qu'ils ne se taisent point, parce que la vierge, la fille de mon peuple, a été accablée sous la grandeur de ses ruines, et que sa plaie est très-maligne.

18. Si je sors à la campagne, je trouve des gens que l'épée a transpercés ; si j'entre dans la ville, j'en vois d'autres qui sont consumés par la fame ; les prophètes même et les prêtres ont été emmenés dans une terre qui leur était inconnue.

19. Seigneur, avez-vous rejeté Juda pour toujours ? Sion est-elle devenue l'horreur de votre âme ? Pourquoi donc nous avez-vous frappés d'une plaie qui est incurable ? Nous attendions la paix, et la paix n'est point venue ; nous espérions la guérison, et nous voici dans le trouble.

20. Seigneur, nous reconnaissons nous et nos pères, et l'iniquité de nos pères, parce que nous avons péché contre vous.

21. Ne nous laissez pas tomber dans l'opprobre, afin que votre nom ne soit pas déshonoré ; et ne nous couvrez pas de confusion, en permettant que le trône

turæ : recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

22. Numquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant ? aut oculi possunt dare imbres ? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus ? in enim fecisti omnia hæc.

de votre gloire soit foulé aux pieds. Souvenez-vous de l'alliance que vous avez faite avec nous, et ne la rendez pas inutile.

22. Y a-t-il quelqu'un parmi les faux dieux des nations qui fasse pleuvoir ? ou sont-ce les cieus qui donnent les pluies ? N'est-ce pas vous, qui êtes le Seigneur notre Dieu, que nous attendons ? n'est-ce pas vous qui faites toutes ces choses ?

#### TRANSLATIO EX HEBRÆO.

1. Verbum domini quod fuit ad Irmeiah super verba prohibitionum pluviarum. — 2. Desolata est lebudah, et portæ ejus desolata sunt, obscurata sunt in terrâ, et clamor Ierusalem ascendit. — 3. Et majores eorum miserunt minores suos ad aquam : venerunt ad fossas, non invenerunt aquam, reversi sunt cum vasis suis vacui in terrâ, pudore affecti sunt agricola, operuerunt caput suum. — 4. Propter terram contritam : quia non fuit pluvia in terrâ, pudore affecti sunt agricola, operuerunt caput suum. — 5. Nam et cervæ in agro peperit, et reliquit : quia non erat herba. — 6. Et onagri steterunt in excelsis, atraxerunt ventum tanquam dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. — 7. Si iniquitates nostræ testificaverunt contra nos, Domine fac propter nomen tuum, quia multa sunt rebelliones nostræ, tibi peccavimus. — 8. Expectatio Israël servator ejus in tempore afflictionis : quare futurus es veluti peregrinus in terrâ, et tanquam vir qui declinat ad pernoctandum ? — 9. Quare futurus es veluti vir attonitus, tanquam fortis qui non potest salvum facere ? tu autem in medio nostri es, Domine, et nomen tuum super nos invocatum est, ne derelinquas nos. — 10. Sic dixit Dominus populo huic : Ita dixerunt movere se, pedes suos non prohibuerunt, et Dominus noluit eos : nunc recordabitur iniquitates eorum, et visitabit peccatum eorum. — 11. Et dixit Dominus ad me : Ne ores pro populo isto in bonum. — 12. Quim jejunaverint, non exaudiam clamorem eorum : et si obtulerint holocaustum, et oblationem, nolo ea : quia gladio, et fame, et peste consumam eos. — 13. Et dixi : Ahah Domine Deus : ecce vates dicunt eis : Non videbitis gladium, et fames non erit vobis, sed pacem veram dabo vobis in loco isto. — 14. Et dixit Dominus ad me : Falsum vates vaticinantur in nomine meo : non misi eos, neque precepi eis, nec locutus sum ad eos : visionem mendacem, et divinationem, et seductionem cordis sui vaticinantur vobis. — 15. Idcirco sic dixit Dominus super vates qui vaticinantur in nomine meo et ego non misi eos, et ipsi dicunt : Gladius et fames non erit in terrâ istâ : Gladio et fame consumerunt vates illi. — 16. Et populus, quibus vaticinantur, projecti erunt in plateis Ierusalem à fame et gladio, et non erit qui sepeliat eos ; ipsi, uxores eorum, et filii eorum, et filiae eorum, et effundam super eos malum suum. — 17. Et dices ad eos verbum istud : Deducant oculi mei lacrymas nocte ac die, et ne taceant quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga dura forebit. — 18. Si egressus fuero ad agrum, ecce occisi gladio : et si introiero in civitatem, ecce infirmati fame. Quoniam tam vates quam sacerdotes circumierunt in terram, quam non cognoverunt. — 19. Numquid abijciendo abjecisti lebudah ? non Sion abominata est anima tua ? quare percitere fecisti nos, et non est nobis sanatio ? expectavimus pacem, et non fuit bonum : et tempus sanationis, et ecce turbatio. — 20. Cognovimus Domine impietatem nostram, iniquitatem Patrum nostrorum, quia peccavimus tibi. — 21. Ne reprobes propter nomen tuum, et ne dejicias solium gloriae tuae : recordare, ne irritum facias pactum tuum nobiscum. — 22. Numquid sunt in vanitatibus gentium qui plures faciant ? et num celi dabant imbres ? annon tu ipse Dominus Deus noster, et expectavimus te ? tu enim fecisti omnia hæc.

#### COMMENTARIUM.

VERB. 1. — SUPER VERBA (1), etc., vel, de negotiis retentionum, sub. inbrium : causa pro effectu : nam retentionem aquarum sequitur sterilitas : sterilitatem, annonæ caritas et fames. Gallicè dicimus : Sur l'affaire de la cherté. Prædicat annonæ penuriam.

VERB. 2. — OSCURATA SUNT, id est, que prius erant clara, erunt nominis obscuri et nullius pretii ; in portis robur civitatis collocari solet ; (vel potius civis congregari, vid. Ps. 9, 15.) Alii vertunt : mærore affecta sunt. (Vid. Ps. 35, 14.)

VERB. 3. — ET MAJORES EORUM, ad verbum : Et fortes eorum, id est, magnates. AD AQUAM : sub. conquirendam. AD FOSSAS, ad cisternas. ALII, lacinas, in quibus solet aqua pluvia asservari. Gallicè, aux mares.

(1) DE SERMONIBUS SICCITATIS. Sensus est, quod propheta revelatum à Deo fuerit magnam famem et aquarum penuriam passuros Judæos, et quod portæ, id est, civitates, ut Jonathas habet, redigendæ essent in solitudines et planè evertendæ, atque cum inhabitantium mærore in terram prosternendæ. (Clavius.)

VACUI, ad verbum, in vacuitate. (Possit etiam verti : Ita sunt reventus levas vases vides : sine præpositione cum subintellecta.) CAPUT SUUM. More scilicet lugentium. (Vid. Sam. 15, 30.)

VERB. 4. — CONTRITAM : ruptam, sub. siccitatem.

VERB. 5. — IN AGRIS, (quod præ fame è syvis venire coacta fuerat. Synop.) RELIQUIT (1) ; deseruit, sub. factus

(1) RELIQUIT scilicet cervæ fetum suum, quem deficiente herbâ in tantâ Judææ siccitate alere non poterat, quid ergo facient aliæ bestiae ? cervæ enim præ aliis amat fetus suos.

ONAGRI qui, uti et cervæ et dracones, siccis sunt et resuscitantes, ob caloris copiam, teste Plinio, lib. 8, 12, ideoque sibi ubi præ siccitate ventum hauriant, ut sitim et famem temperent, et calorem refrigerent ; oculi enim eorum præ inedia debilitati deficient et caligabunt, qui cibo spiritibus redentibus illuminari solent, uti oculi Jonathæ, ex inedia caligantes, cibo sumpto illuminati sunt, 1 Reg. 14, 27.

AUDI Rabbinos, et ex his Isidorum Clarium : Ferunt onagri sitim multo tempore, amant solitudinem ; sed tandem longioris impatientes sitis ac famis, circumspi-

suos, quos aliqui maximè amare solet (Grotius post Plinium 8, 52).

VERS. 6. — IN EXCELSIS, (ubi ventus, qui illis est rice aquæ, est liberio. Grot.) TANQUAM DRACONES. Dracones maximè gaudent aëre libero, nam propter innatum calorem egent magnâ refrigeratione. (Vid. Alian. 2, 19) DEFECERUNT, sub. in querendis piscibus.

VERS. 7. — TESTIFICANTUR: testantur contra nos, sub. nos esse dignos tantâ calamitate. FAC, etc., id est, age nobiscum elementer, ut dicaris miseriores.

VERS. 8. — EXPECTATIO, vel, spes. QUARE, etc. Verba propheta: Cur negliges, inquit, terram quæ tuæ est, ut advena et viator negligere solet regionem illam quæ iter facit, tantum curans ubi inveniat hospitium ad pernoctandum? IN TERRA (1). Sanctam terram intelligit.

VERS. 9. — ATTONTUS, מַטְטָה (sic vertit etiam Schindlerus, vel superveniens ex improviso: quippe ea vis est radicis Arab. testibus Lud. Capello, Castello et Grotio; quibus adijce Golum, ad hanc vocem.) IN MEDIO, id est, dicaris habitare inter nos, et dicamur filii tui ne ergo, etc.

VERS. 10. — MOVERE SE; id est, huc illuc discursare querendæ opis humanæ causâ.

VERS. 11. — IN BONUM, id est, ut ei parcam.

VERS. 12. — NOLO, vel, non acceptabo illa.

VERS. 13. — VIDENTIS, (Vid. Ps. 90, 15.) VERAM, ad verbum, veritatis, firmam.

VERS. 14. — IN NOMINE MEO: id est, citando me auctorem prophetiæ suæ. NILIUM, rem nihili (2).

VERS. 16. — MALUM SUUM (3), malitiam ipsorum.

VERS. 17. — DEDUCANT, etc. Hebr.: Descendant

ciunt ubinam locorum gramen vel herba sit, et magno desiderio in excelso loco aërem attrahunt ceteri attractu, sicut dracones solent, quorum est vehementissima respiratio et sorbitio. Addit Theodor.: Hoc certè faciunt etiam homines dum sitiunt, tenui ventorum aurâ refrigerantes colorem.

Mysticè, S. Hieron. hæc accipit de spiritali ariditate et siti Ecclesie, quando plebs magistrorum inopia in spiritu contahescit. Unde Propheta: Periculi perierunt panem, et non erat qui frangeret eam. Ex adverso S. Greg., lib. 20 Moral., c. 29, explicans illud S. Job: Frater sui draconum, hæc de perversis accipit: Perversi etenim, inquit, ventum quasi dracones trahunt, cum malitiosè superbia inflantur. (Corn. à Lap.)

(1) CER SIS QUASI FEREGRINUS IN TERRA, QUASQUE DIVERTENS AD PERNOCTANDUM VIATOR? Cur adeo aversus es ut nos non magis cures quam si nullâ nobiscum necessitudine conjunctus esses? (Castallo.)

(2) IN GLADIO ET FAME CONSUMENTUR. Septuaginta: In morte morbosè peribunt, et in fame consumentur. (Calmet.)

(3) ET POPULI, etc. Peribunt et seductores et seducti, Ezech. 35, 6, Grotius. Sed dure videntur hæc verba, quim Judæi aliunde decepti sunt. Resp.: Non decepti sunt nisi propria culpâ: quia magis propensi erant ad vanitatem, quam ut Deo se subicerent; et mendacium ultrò appetebant, ut illi Rom. 1, 25, et propheta blandientes semper optabant. Porrò, Deus pseudo-prophetas mittit, ut exploret quinam sinceri sunt, et ut hyperitas puniat, Calvinus. ET EFFUNDAM SUPER EOS MALUM SUUM, id est, penam militiæ expectantem, vel, malitiam suam, sive ipsorum. Eoque ego suo scelere perfundam, puniam eos ut digni sunt. (Synopsis.)

oculi mei lacrymas, id est, vertentur in lacrymas. Vnco, etc., id est, congregatio populi mei quæ nondum venit in hostium potestatem.

VERS. 18. — CIRCUMIERUNT IN TERRAM (4), etc., id est, circummeando profecti sunt in alienam regionem, imprudenter vagando, in quâ postea captivi fuerunt: et non animadvertunt se ire in captivitatem antequam captivi fuerunt.

VERS. 19. — NUM SION AROMINATA EST ANIMA TUA, NUM à Sion abhorret anima tua? SANATIO, curatio? medela? nempe ab hoste et fame. PACEM, (vid. Num. 6, 26) (2).

VERS. 21. — NE REPROBES, ne abjicias. DECIAS (3), id est, ne permittas templum esse in minore pretio et honore, quam fuerit, in quo dicaris habitare.

VERS. 22. — IN VANITATIBUS GENTIUM, id est, inter deos gentium qui vani sunt. DABUNT IMBRES? sub. suis viribus? DEUS NOSTER? sub. qui das pluviam. (Vid. supra, hic, 1.) EXPECTAVIMUS TE: (confugimus ergo ad te.) OMNIA HÆC (4). (Caelos et imbres; et ideò sub sunt tuo imperio. Synop.)

(1) Hic est sensus: Tam prophetas illos falsos, sive scribas, ut hic habet Chaldaeus, quam sacerdotes pariter id egisse ut stultitiam populi sibi haberent putavit: quod verum esse etiam supra, 5, 21, didicimus. QUAM IGNORABANT. Hebr.: Et non cognoverant; id est, Judæi non intellexerunt se decipi agrarum dolis. (Grotius.)

(2) COGNOVIMUS, etc. Ego et fideles in populo. Reliqui tamen dicunt veram precandam regulam in exilio, etc. INQUITATES PATREM, etc. Non hoc dicunt ut culpam extenuent, (ut hypocritæ, qui se hoc modo absolvi putant, quod hoc didicerint à primâ perditâ, et quod mala educatio ipsos perdidit;) sed ut aggravent, quod hoc ab utero quasi hereditarium attulerint, ut digni essent interitu, quoniam ab impiis patribus erant progeniti. (Calvini.)

(3) NE DES NOS IN OPPROBRIUM PROPTER NOMEN TUUM. Vide supra vers. 7. Nullam pro populo excusationem objicit Jeremias. Peccata fatetur: at probare conatur, gloriæ Dei magnopere interesse, ut populus servetur. NEQUE FACIAS NOBIS CONTUMELIAM SOLI GLORIE TUE. Ne probrò nos obruas, gloria tue solum pedibus protrudari patiens. Dei solum est templum vel urbs Hierosolyma, seu cælum. Dico vobis, non jurare... per cælum, quia thronus Dei est, inquit Christus; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolymam, quia civitas est magni regis. Et: Qui jurat in cælo, jurat in throno Dei. Hoc etiam nomine Jeremias Hierosolymam nuncupat: In tempore illo vocabunt Jerusalem solum Domini. Denique quæ in Scripturâ Deus insidere Cherubim in templo dicitur. Ne patiare, o Deus, quemquam viribus tuis, tuasque clementer indigne insultare, se dicere, populum tuum te aut non potuisse, aut noluisse. Quam multis enim convictis sanctam urbem hostes tui proscedunt? quam miserè templum profanabunt? An patieris, nobilissimum templum, quod tua sedes est, et sanctam urbem, quæ teu scabello uteris, impiis ac sacrilegis manibus everti? (Calmet.)

(4) QUI PLUVIAM FACIUNT. Hic propheta propius attingit scopum. Pluviam defectus erat occasio tuam famis. Non est, inquit, ad quem confugiamus: tu solum potes nos liberare ab omni malo. Non ergo speremus supplices ubi duo notantur. Primò rejicit administrationem salutaris in solum Deum, eripiente hanc facultatem omnibus creaturis. Deinde celi sine Deo nihil possunt. Cælum non est Dominus mundi, sed instrumentum est quo Deus dispensat et agit omnia ista inferiora. (Munsterus.)

## CAPUT XV.

1. Et dixit Dominus ad me: Si steterint Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ejectionem illis à facie meâ, et egrediantur.

2. Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? dicies ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem: et qui ad gladium, ad gladium: et qui ad famem, ad famem: et qui ad captivitatem, ad captivitatem.

3. Et visitabo super eos captivos species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, et canes ad lacerandum, et volatilia cæli et bestias terræ ad devorandum et dissipandum.

4. Et dabo eos in fervorem universis regnis terre: propter Manassæ filium Ezechiel regis Juda, super omnibus quæ fecit in Jerusalem.

5. Quis enim miserebitur tui, Jerusalem, aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tuâ?

6. Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti: et extendam manum meam super te, et intericiam te: laboravi rogans.

7. Et dispergam eos ventralio in portis terre: interfecti et dispersi populum meum, et tamen à viis suis non sunt reversi.

8. Multiplicatae sunt mihi viduæ ejus super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie: misi super civitates repente terrorem.

9. Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima ejus: occidit ei sol, cum adhuc esset dies: confusa est, et erubuit: et residuos ejus in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus:

10. Va mihi, mater mea, quare genuisti me, virum rixæ, virum discordie in universâ terrâ? non feneravi, nec feneravi mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.

11. Dicit Dominus: Si non reliquia tuæ in bonum, si non occurreris tibi in tempore afflictionis, et in tempore tribulationis, adversus inimicum.

12. Numquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone, et æs?

13. Divitias tuas et thesauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, et in omnibus terminis tuis.

14. Et addocam inimicos tuos de terrâ quam necis: quia ignis successus est in furore meo, super vos ardebit.

15. Tu scis, Domine: recordare mei, et visita me, et tære me ab his qui persequuntur me, et noli in patientiâ tuâ suscipere me; scito quoniam sustinui propter te opprobrium.

16. Inveni tui sermones tui, et comedi eos, et factum est mihi verbum tuum in gaudium et in lætitiâ cordis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

17. Non sedi in concilio ludentium, et gloriosus sum à facie mandis tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replèsti me.

1. Le Seigneur me dit encore: Quand Moïse et Samuel se présenteraient devant moi, mon cœur ne se tournerait pas vers ce peuple. Chassez-le de devant ma face, et qu'ils se retirent.

2. Que s'ils vous disent: Où irons-nous? vous leur direz: Voici ce que dit le Seigneur: Que celui qui est destiné à mourir, meure; que celui qui est destiné à périr par l'épée périsse par l'épée; et que celui qui est destiné à périr par la famine périsse par la famine; et que celui qui est destiné à aller en captivité aille en captivité.

3. J'enverrai pour les punir quatre fléaux différents, dit le Seigneur, l'épée pour les tuer, les chiens pour les déchirer, les oiseaux du ciel et les bêtes de la terre pour les dévorer et les mettre en pièces.

4. Et je les exposerai à la persécution pleine de fureur de tous les royaumes de la terre, à cause de Manassé, fils d'Ezéchias, roi de Juda, et de tous les cri mes qu'il a commis dans Jérusalem.

5. Qui sera touché de compassion pour vous, ô Jérusalem? qui s'attristera de vos maux? qui priera pour obtenir votre paix?

6. Vous m'avez abandonné, dit le Seigneur; vous êtes retournée en arrière: c'est pourquoi j'étendrai ma main sur vous, et je vous perdrai; car je suis las de vous conjurer de revenir à moi.

7. Je prendrai le van, et je les disperserai jusqu'aux extrémités de la terre. J'ai tué et j'ai perdu mon peuple; et néanmoins ils ne sont pas revenus de leurs mauvaises voies.

8. J'ai fait plus de veuves parmi eux qu'il n'y a de grains de sable dans la mer; j'ai fait venir un ennemi pour les perdre, qui a tué en plein midi les jeunes gens entre les bras de leurs mères; j'ai frappé leurs villes d'une terreur soudaine.

9. Celle qui avait eu tant d'enfants a cessé d'en avoir; son âme est tombée dans la défaillance; le soleil s'est couché pour elle, lorsqu'il était encore jour; elle est couverte de confusion et de honte; et s'il lui reste encore quelques enfants, je les ferai passer au fil de l'épée à la vue de leurs ennemis, dit le Seigneur.

10. Hélas! ma mère, que je suis malheureux! Pourquoi m'avez-vous mis au monde, pour être un homme de contradiction, un homme de discord dans toute la terre? Je n'ai point donné d'argent à intérêt, personne ne m'en a donné, et cependant tous me couvrent de malédictions et d'injures.

11. Alors le Seigneur me répondit: Je vous jure que vous serez à la fin comblé de biens, que je vous assisterai dans l'affliction, et que, lorsqu'on vous persécutera, je vous soutiendrai contre vos ennemis.

12. Le fer ou l'airain peut-il s'allier avec le fer qui vient de l'aquilon?

13. J'abandonnerai au pillage dans tous vos confins vos richesses et vos trésors, sans que vous en receviez aucun prix, à cause de la multitude de vos péchés.

14. Je ferai venir vos ennemis d'une terre que vous ne connaissez point, parce que le feu de ma fureur s'est allumé, et qu'il vous embrasera de ses flammes.

15. Seigneur, vous qui connaissez mon innocence, souvenez-vous de moi, visitez-moi, et défendez-moi contre ceux qui me persécutent; n'entreprenez pas ma défense avec tant de lenteur; vous savez que c'est pour vous que je souffre ces opprobres.

16. J'ai trouvé vos paroles, et je m'en suis nourri; et votre parole est devenue la joie et les délices de mon cœur; parce que j'ai porté le nom de votre prophète, ô Seigneur Dieu des armées.

17. Je ne me suis point trouvé dans les assemblées de ceux qui se divertissent; je ne me suis point glorifié d'être envoyé de votre part; mais je me suis tenu retiré et solitaire, parce que vous m'avez rempli de paroles menaçantes contre mon peuple.



differs vindictam, prius moriar quam sumpseris penas de hostibus meis. (Vid. Ps. 5, 11.)

VERS. 16.—*INVENTI SUNT*, etc. Quam inventa sunt verba tua à me, devoravi illa. Comparat recipientem verbum Dei, comedenti cibum suavissimum. (Vid. Ezech. 3, 1.) *INVOCATUM EST*, etc., id est, vocatus sum propheta tuus.

VERS. 17.—*SEDI*, vel, *versatus sum*. *LUBENTIAM*, vel, *joecantium*. *EXULTAVI* (sub. cum illis). *PROPTER FLAGRAM TUAM*, ad verbum, *propter manum tuam* (vel juxta 2 Reg. 3, 15), propter prophetiam quæ me dignatus es. *IRA*, id est, credidisti mihi prophetiam plenam indignatione tuâ erga populum tuum.

VERS. 18.—*FORTIS*, *ἄσπετος* (vel *perpetuus*. Vid. 1. Cor. 15, 54). *DESPERATA*: plena doloris. *VELUTI*, etc., ad verbum, *ut fons mendacii*, id est, cuius aque aliquando cessant et ut aque non perennes. Quam, inquit, sperarem te latrum mihi auxilium, deseruisti me.

